



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

Prologus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)



**Electio
euāgelioꝝ
tam de te
pore q̄ de
sanctis col
lecte p. R.**

**D. Johannē de turre cre
mata episcopū sabineſi.
sancte Romane ecclesie
cardinalem sancti Sixti
inceptum feliciter.**



**Acro
et colē
dissimo
renerē
dissimo
ruz pa
trū san
cte ro
mane
eccle**

ſie dominoꝝ cardinalium colle
gio. ſuus humilis ſeruitor Johā
nes de turre cremata. episcopus
Sabineſi. ſancte romane eccle
ſie cardinalis ſancti Sixti vul
gariter nominat⁹. ſeipſum cum
humili recōmendatione. Logi
tanti mihi quid de ſudorib⁹ mei
ſtudij dignū ampliffimis domi
nationibus veſtris tanq̄ memo
riale offerā. attento q̄ omnibus
ſummis noſtri temporis ponti
ficibus varia dedicauerim ope
ra ſcꝝ eugenio. nicolao. calixto.

pio. ⁊ paulo. nunc preſenti occur
riſſet mihi illa honeſtiſſima pre
latorū cōſuetudo qua poſt refe
ctionem eorū. maxime in pran
dio habitā collatiōes ſiue diſpu
tationes de ſacris litteris ſoliti
ſunt habere. Uidi em̄ apud plus
res clariffimos patres cōſuetu
dinē hanc obſernari. Et de cele
berrimo ſancto auguſtino legiſ
ſi in menſa ſua lectionē aut di
ſputationē ſemp̄ diligebat. Di
ſputatio enim inueſtigāde veri
tatis gratia. aut vt veritas ipſa
illuſtior fiat. licite cum mode
ramine inter partes admittit. ſa
ne viſa eſt mihi hec dñorum pre
latorū obſeruātia plurimū habe
re honeſtatis ⁊ vtilitatis. hone
ſtiſſima quedā eſt ⁊ ordo pulcer
rim⁹ vt poſtq̄ corpori cibos cor
ruptibiles dedim⁹. ita aie ſpiri
tualia alimēta miniſtrem⁹. Nul
lus em̄ eſt cibus ſciētia ⁊ doctri
na dulcior. Nam vt ait iſidorus
noſter. ſcripturarū ſanctarū alti
tudo quaſi montes pascue ſunt.
ad quos cū quiſq̄ iuſtoꝝ cōſcen
derit pascue indeficientis refe
ctionem inueniſſe ſe gaudebit.
Quocirca ſic nos hortat clariffi
mus ambroſi⁹. Tu igiſ ede ſcri
pturarum celeftes cibos. ede vt
permaneāt tibi in vitam eternā.
ede ꝑtinue vt nō eſurias. ede vt
replearis. ede vt verboꝝ celeftiū
eructes ſaginā. ſpirituales epu
le nō obefſe ſolent. ſed ꝑdeſſe ſa
tiatis. plane bene ꝑlatis cōgruit
honeſtiſſimū hui⁹ exercitiū qui

Prologus.

bus dñs ait. Vos estis sal terre. vos estis lux mundi. Debet autem eps tanta pollere sapiētia. ut dicat ambrosius. ut non solū creditum sibi populū sufficiēter doceat. verū etiā in ceteris queat heresum p̄tradictiones a catholica repellere ecclesia. Leterum vtilis est p̄dicta obseruātia. Pri- mo: qz mentē disponit ad perfectiōnē virtutis. An̄i damascen⁹ lib. iiii. inquit. Optimū est et vtilissimū inuestigare diuinas scripturas. et sicut est lignū sec⁹ decursus aquarū plantatū. ita aia diuina irrigata scriptura impinguat et fructū tēporaneū tribuit et semp̄ virētibus folijs deo acceptibilib⁹ decorat actionibus. et infra. Pulsem⁹ ergo in optimū paradisi sacrarū scripturarū. qui odoriferus. qui dulcissim⁹. qui speciosissim⁹ est. Secūdo vtilis est ad illuminationē intellectus. dicit enim isidorus noster. Seminū domum p̄fert lectio sacrarū scripturarū. siue q̄ intellectum mētis erudit. siue q̄ a mundi vanitatib⁹ abstractū hominē ad amorem dei perducit. Tertio vtilis est qm̄ per eam amputant aliqua in que sepe post refectio- nes corporales lingua indiscepti nata prozūpit. s. murmuratiois et detractiois verba. sup̄fluitas locutionis. leuitas operis. et similia. que oia vitant cū persolutis gratiarū actionib⁹ deo. aliqua de sacris litteris seq̄tur dīsp̄tatio siue collatio. quib⁹ pen-

satis nihil mihi in mente dign⁹ se obtulit vestris. R. D. per me offerendū. quā questionēs quasdam de euāgelij omnium dñicorum ac festoz p̄ncipaliū totius anni. quasi ingenio meo tenui. non tū sine magno labore ac ve- strarū. R. D. amore. collegi sub numero. cccxvii. G. Amplex⁹ autem quasi in oib⁹ sancti thome dicta. nam ei⁹ p̄fundior firmitor q̄ est sentētia. Absitmi etiam a questionib⁹ et subtilitatib⁹ inutilibus: et obscuriorib⁹ argumētis planioribus p̄tentus. Tūz quia religioso intellectu nobis opus est vbi aut maxime de deo loquimur vel audim⁹. ut inq̄d ambrosius. tum qz inter platos pauciores sunt qui sacre theologie p̄fundioribus rebus operaz dent studiū. Sequimur autē ordinem euāgelioz tam dominicarū q̄ festiuitatū s̄m vsam fratrum p̄dicatoz. quia nobis rationalior visus est. Suscipiat ergo v. R. d. hoc exigū munus paruumqz opusculū in senio meo p̄ omnium vtilitate exiguis meis viribus elaboratū. q̄ vtiā tanta beniuolentia ab eis suscipiat q̄ta cuz affectione sit infusatū. Poterit obseruari libell⁹ iste in manib⁹ reuerēdissimi dñi rothomageni. qui p̄ sua dulcissima humanitate copiā prestabit cupientibus scribere. R. Recōmendo me d. v. R. quas longo tempore ad felix vniuersalis ecclesie regis men deus conseruet.

Prologus. Quasi in mente dign⁹ se obtulit vestris.

Prologus. Quasi in mente dign⁹ se obtulit vestris.